



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LXXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

hoc sit feudum ecclesiasticum, non poterit in eo locum habere dispositio illorum iurium, quæ est iuris civilis, arg. c. 1. cum ibi not. de noui ope. nun. & per canonistas in d. c. quæ in ecclesiis. de constitut. per illum textum. Et in indiuiduo in ecclesia, seu in feudo ecclesiastico istud uoluit Bald. in d. S. dno committere. quia delictum personæ in detrimentum ecclesiæ redundare non debet. c. delictum. de reg. iur. in 6. & quia Papa, uel prius dicitur procurator, & non dominus. c. si. 1. 2. q. 1. c. 2. de dona. & ideo eius ius, & collusio non debet domino, id est ecclesiæ præiudicare, argum. l. meminere. C. unde ui. est. n. ecclesia domina, & non prælatus, neq; Papa. c. qui cumq; c. qui abstulerit. & c. non liceat Papæ. 1. 2. q. j. ergo uerba illorum iurium non cõueniunt feudo ecclesiastico, ut propter felloniã prælati, & Papæ ecclesiæ proprietate feudi sit priuanda, arg. l. 4. S. toties. ff. de dam. infec. Præterea quis iure suo nunquam priuatur, nisi expressè lege caueat, gl. in c. si. de iure patr. sed nullo iure cauetur, quod ecclesiæ pp felloniã iure feudi priuatur, ergo &c. Et hæc breuiter pro solutione dubitationis ppositæ requisitis simpliciter, de finia mea scribere uolui. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Regalia dicuntur generaliter concessa, quando concessum est casuum iure feudi ad usum regni.
- 2 Regalia quæ sint.
- 3 Verba iure feudi ad usum regni in inuestitura apposita, quam significationem habeant, & nu. 32.
- 4 Regalibus generaliter in feudo comitatus concessis, etiã si aliqua ex regalibus specificentur, quæ dicantur concessa, & nu. 37.
- 5 Subrogatum sapit omnem naturam eius, in cuius locum subrogatur, & quomodo, num. 34.
- 6 Exceptio firmat regulã in casibus non exceptis. Sed illam ad casus sub regula non comprehensos non extendit, nec ampliatur, nu. 36.
- 7 Subditi domino habenti regalia ad quæ teneantur.
- 8 Subditi tenentur domino suo in pluribus subuenire, & illi indigenti alimenta subministrare, & subsidium charitativum prestare.
- 9 Et quando hoc sit uerum, & quando secus, num. 39.
- 10 Dominus potest ex iusta causa à subditis etiam inuitis exigere.
- 11 Subditi domino immediato dupliciter tenentur.
- 12 Due rationes debent plus operari, quàm una tantum.
- 13 Subditi non possunt contra dominum actionem famosam mouere, nec eum sine eius licentia, & uenia in ius uocare, nec accusare, sed eum tenentur contra illius inimicos adiuuare.
- 14 Et in quibus dominum non adiuuare, nec illi obedire teneantur.
- 15 Dominus potest subditos inuitos propria auctoritate ad seruitia, & onera debita prestanda cogere.
- 16 Et in hoc ab aliquo turbatus quo remedio agat.
- 17 Consuetudo temporis longissimi, & immemoralis habet uim tituli, & privilegij, & num. 23. & 24.
- 18 In concessionibus regalium, & in granaminibus à domino subditis imponendis, ac in prestationibus à subditis domino suo exhibendis, & faciendis semper consuetudo debet attendi, ne subditi ultra solitum, & consuetum grauentur.
- 19 Etiam si in inuestitura nihil de consuetudine dictum esset.
- 20 Habens causam ab aliquo non potest uti maiori iure, quàm habuerit is, à quo causam habet.
- 21 Dominus si à subditis iniuriat, & non consueta seruitia, ac onera exigit, & imponat, quomodo subditis sit succursum, & ad quæ recurrant, & num. 30. 35. & 41.
- 22 Dominus semel monitus à suo superiore, ut ab illicitis, & non consuetis exactionibus, & granaminibus contra subditos desistat, potest non desistens feudo per superiorem priuari.
- 23 Et an excusetur ex solutione quandoq; à subditis sine contradictione facta.
- 24 Dominus uerus proprius non dicitur, qui non rectè gubernat, & illicitas exactiones facit.
- 25 Subditi non tenentur ad debitum seruitium domino, qui eis debitum officium non impendit.
- 26 Consuetudo temporis immemoralis derogat iuribus domini erga subditos etiam quoad regalia domino debita.

- 25 In consuetudine temporis immemoralis se facit iustum titulum probare, sed sufficit illius clausula.
- 26 In privilegijs, & concessionibus alicui factis uerbo pressa nunquam debent extendi, nec interpretantur consuetudine alterius.
- 27 Dominus imponens subditis uelutalia, & granamina taliter peccat.
- 28 Papa noua onera subditis imponens an peccet.
- 29 Dominus habens, unde possit sumptus in superfluis test subditos grauare.
- 30 Venari, & aucupari permissum est de iure gentium.
- 31 Venationem impedire est iniuriam inferre.
- 32 Concessio restricta ad consuetudinem non debet præiudicare consuetudine temporis immemoralis acquisita.
- 33 Barones, & uasalli respectu certorum locorum in loco domini superioris subrogati quomodo intelligantur.
- 34 Subditi à domino iniuste molestati contra dominum ut à molestationibus desistat.
- 35 Exceptionis natura est restringere, & non auertere.
- 36 Dominus debens aliquid facere etiam si subditos ad id cogere possit, tamen eis mercedem soluere, subditos illud facere debet.
- 37 Subditi tenentur domino in multis subuenire, & quomodo.
- 38 Episcopus non potest charitativum subsidium clericis ne consensu capituli, & cleri.
- 39 In homagio, & subiectione nouitas non debet induci.

E P I T O M E.

Dominum non posse subditis onera, & imponere, nec ab eis exigere contra iuramentum tam ex privilegijs antiquis, quàm ex cõlongissima, & immemoriali acquisita, concessio, seu inuestitura castri, & comitatutis iure feudi ad usum regni, cum omnino na potestate, ac iurisdictione, quam concedens habuisset, seu habere potuisset, uerbis generalibus, & pragnantibus.

Et subditos posse in eo casu contra dominum cõcedentē recursum habere, hicq;

C O N S I L I U M LXXII

M I S O amplissimo privilegio comitatus, & hominū Baesij Illustre comitatus polito Pagano ab Excellentissimo Ferrariae comite, uisq; priuilegium dicti comitis Hypolitū porrectis, quod in primis, quod præfatus dominus comes prohibere nititur habentibus molendina in territorio Baesij, quod non possint, nec debeant facere, & nullus possit absq; eius licentia uiam, aut mentum, uel aliud simile alicui personæ obicere, quod nullus dictorum hominum Baesij castri sub pena. Quarto, quod nulli liceat, aut cogatur portare sub pena. Quinto, quod dicti homines teneantur sibi comiti, bi, potius, lignorum, & palearum facere eo tempore, ipse ad dictum castrum uenit, & in eo moram trahit, grauat homines dicti castri in conductibus calcem, & lapides expensis ipsorum hominum, & reparatione palatij, & arcis. Septimo, quod æstate futura ad constructionem murorum dicti castri homines in conducendo suis expensis generis à ciuitate Regij ad dictum castrum, & ad domini comitis. Nonno prætendunt etiam

nes seturari, & grauari in creatione, seu electione
massari, vel officialis salis, quæ cum ex consuetudine,
& consuetudine ad dictos homines spectare soleat,
in comes dicta officialium electione facere uoluit.
Decimo conueniuntur et de dicto comite prohiben-
te illis uti, & gaudere bonis quibusdam dicti comu-
nis, quibus iam diu, & a tanto tpe, de cuius initio non
exiit memoria in contrarium, ac et uirtute indulto-
rum, & privilegiorum concessorum ipsi homines soliti
sunt uti, & gaudere, & ligna ibi ad ipsorum utilitatem
incidere, & exportare, quod quidem in graue damnum,
& præiudicium ipsorum tendit. Necnon dicti homines
soliti, & consueuerunt sunt maxime tempore aestiuo, quan-
do aque deficiunt, necessitate ducti ire causa molen-
di eorum blada, uel frumentum ad molendina extra ter-
ritorium dicti castri posita, & ipse dominus comes di-
ctis hominibus hoc uetat, & prohibet. In dubium non
est, an dicti homines iuste de prædictis con-
querantur adeo, quod recursum habere ualeant ad excel-
lentissimam Duce, utiuis quereli contra, & aduersus
præfatum comitem prouideat, an uero de iure licitum
sit ipsi comiti Hyppolito ex ampla potestate, & cōces-
sione sibi facta prædicta omnia facere, & supradicta
onera dictis hominibus iniungere. Et primo aspectu
uideatur dictum, quod licitum sit dicto comiti huiusmo-
di onera, & impositiones dictis hominibus impone-
re, quoniam cum comes fuerit ab ipso Duce de dicto cas-
tro inuestitus iure feudi ad usum regni, omnia regalia
generaliter concessa dicuntur aduersus homines
dicti castri, quæ regalia dicuntur illa iura, quæ de iure ex
speciali privilegio Dux, Rex, uel Imperator habet, ad
tradita per do. Andreæ Ifern. in rub. & in c. 1. quæ
sunt regalia, & uerba enim ista inuestituræ iure feudi ad
usum regni duplicem habere possunt significationem,
primam, quod feudum dicatur esse feudum dignitatis,
quoniam conceditur ab illo, qui non recognoscit supe-
riorem, & dicitur habere potestatem creandi ducem,
Marchionem, & Comitē, unde feuda Ducatus, Mar-
chionie, & Comitatus dicuntur esse feuda dignitatis, &
regalia, c. 1. de feud. mar. & comit. & Moder. in prelud.
feud. post Bal. & alios in 1. diuisione. col. 1. r. aliam, &
secundam significationem habere possunt, quod per in-
uestituram factam per huiusmodi uerba iure feudi ad
usum regni dicantur generaliter iura regalia in uasalla-
tum translata. d. c. 1. quæ sunt regalia, & si Comiti crea-
to generaliter in feudo Comitatus concedatur regalia,
omnia uidentur concessa, quæ personæ principis
concedentis coherant, argu. l. ideò. ff. de legibus. Et
concedendo generaliter regalia, et si aliqua ex regali-
bus specificentur, genus huiusmodi ad enumerata non
restringitur, nisi aliter de mente concedentis constare-
ret, cum in dubio illa dicantur expressa gratia exempli,
& exempla non restringant. l. legauit. in princip. ff. de
supel. lega. & l. quæritur. §. 1. ff. de fundo instruat. &
consequenter uidetur intellectum de omnibus, quæ
ipsa concedens habet. And. Ifern. in d. rub. quæ sunt re-
galia. col. 2. & optimè facit id, quod uoluit Roma. in cons.
271. & sic, cui concessio talis facta fuit, poterit in suo
comitatu leges, & statuta facere, per quæ homines li-
gentur, nec non poterit magistratus creare, quod est de
regalibus, ut ibi per eum. ¶ Secundo considerandum est, quod
ultra illa uerba iure feudi ad usum regni excellentissi-
mus dñs concedens uoluit præfatum Comitem, & fi-
lios in dicto Castro, & comitatu habere plenam, & om-
nimodam potestatem, iurisdictionem, & baliā quā, &
quas prius do. Dux concedens habuisset, & habere po-
tuerit in dictis locis, si illa apud ipsum immediate sub-
iecta fuissent, & quibus iurisdictione, regaliis, ac om-
nimoda potestate, & aliis omnibus iuribus suis, et si
talia essent, quæ indiuiduo expressam mentionem exi-

gerent, idem Illustrissimus Dux auctoritate sua duca-
li, & de plenitudine suæ potestatis sibi substituit, & in
omnem locum, ius, & statum suum posuit, & subrogauit
prædictum do. Hyppolitem Comitem, & filios prædi-
cto modo, & ordine, per quæ uerba aperte constat,
dictum do. Comitem omnia de iure posse facere, &
dictos homines, & comune grauare non solum quoad
ea, de quibus præfati homines conueniuntur, sed et gra-
uiora, magisque præiudicialia, quæ nulli dubium est, quod
Illustrissimus Dux eo tempore, quo dictum Castrum, &
homines immediate subsua obediētia retinuit, potuisset,
si uoluisset, omnia prædicta aduersus dictos homi-
nes facere, & exequi ob suam potestatis plenitudinem,
qua aduersus præfatos uti poterat: ergo idē dicendum
est de dicto Comite, in quem omnis potestas Ducis fuit
translata, & qui in locum Ducis quoad omnia iam di-
cta substitutus, & subrogatus fuit, quia si subrogatus la-
pit omnem naturam eius, in cuius locum fuit subro-
gatus. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. c.
translato. de constitut. l. si donare. §. si ipso. ff. de dona-
inter vir. & vxor. l. filia. §. titia. ff. de conditio. & demon-
stra. & l. filius. ff. de iure fisci. ¶ Corroborant præmissa
ex eo, quod Illustrissimus Dux in privilegio suæ concessio-
nis uniuersaliter, seu generaliter uoluit dictum do. Co-
mitem in suum locum substitutum, & subrogatum esse
quoad omnia, quod ipse poterat, & habebat, comprehensis
et in concessione dicti feudi sale, & illius impositione,
& taxis gentium armigerarum, exceptis superioritate,
& imperio dicti Comitis, eiusque filios, & descen-
dentes, quā, & quod habet, & Duces Ferrariæ soliti sunt
habere contra, & aduersus alios similes suos uasallos,
& feudatarios: excipiendo ergo, & reseruando sibi su-
perioritatem, & imperium contra Comitem, eiusque fi-
lios, censetur noluisse aliud ius regaliū contra ho-
mines dicti Castri sibi reseruare, sed omne illud in di-
ctum Comitem trāsferre uoluisse, quia si exceptio fir-
mar regulam in casibus non exceptis. l. quæritur.
§. denique. ff. de fundo instruat. l. nā quod liquidè. §. si. ff.
de penu. lega. & ibi Bar. & l. legata inutiliter. in princ.
ibi Bart. in fi. verb. ff. de lega. 1. Præterea Illustrissi-
mus Dux, qui dicto Comiti amplam iurisdictionem, &
potestatem aduersus homines dicti Castri concessit,
reseruauit sibi, & cameræ suæ ducali datia, & gabellas
quæ exiguntur per Camerarium Regij, uel massarium
ducalem dictæ ciuitatis Regij, ut latius in concessio-
ne patet, quæ datia noluit comprehendere debere sub
concessione dicto Comiti Hyppolito facta, & prout in
instrumento conuentionis habetur, quæ exceptio datio-
rum operatur, quod omnia alia regalia dicantur in dictum
Comitem translata, & consequenter quod illi competere
rit, & cōpetat ius imponendi dietis hominibus onera
supra scripta, de quibus homines præfati, ut supra, sunt
conquesti. ¶ Addo etiam, quod si sub regalibus dicto
Comiti concessis comprehenduntur etiam quædam
onera personalia, ad quorum præstationem homines
subditi tenentur, ut exhibere plaustra cum bobus, seu
animalibus, uel naues pro portandis, & vehendis rebus
domini sui de loco ad locum, prout ipsi domino uile, &
necessarium esse, arg. l. neminem. C. de sacros. eccle. l.
nullus. C. de cursu publ. lib. 1. & d. c. 1. quæ sunt regal.
tenentur etiam subditi suis expensis ad extructionem
stabulorum pro equis, & animalibus domini. l. in om-
nibus. C. de cursu publ. & ad suscipiendum milites
imperatoris, & superiores sui, illisque commeatum præ-
standum, argum. l. 2. in fin. C. de epis. & cleri. Ratione
etiam concessionis regaliū factæ Comiti Hyppoli-
to illi licitum est habere palatium in dicto Castro, in
quo ius reddatur, & iustitia ministretur, & in quo ipse cu
familia sua habitet: Ad eū quoque pertinebit ius piscandi
in flumine publico, & concedendi ius piscandi, & piscatio

nes locandi, quoniam piscationes, salinae, & illarum redditus, quae sunt de regalibus principis, ad ipsum solum pertinent, cum locum principis teneat, & in eius loci fuerit subrogatus, ut supra. ¶ Rursus ¶ homines Castri Baeij tanquam subditi, & homines dicti Comitatus tenentur domino suo in pluribus subuenire, & primo tenentur illi alimēta subministrare, si indigeat. Specul. in tit. de feudis. §. qm. uerfi. 17. tenentur et ad seruitia, ut habet ibi per Specul. & ad subsidium charitatiui dno praestandum in casu indigentiae, pro quo charitatiuo subsidio, & pro seruitiis personalibus domino debitis potest ipse dñs pecuniam ab hominibus subditis iuxta illorum aestimationē petere, & exigere Bal. in l. 1. in fi. C. de oper. liber. & inquit Bal. in c. conquerente. de offi. ordi. quod domini possunt imponere subditis onera pro subsidii charitatiuis, & facit id, quod uoluit idē Bal. l. 1. nemine. C. de sacros. eccle. & ¶ ait etiam Ange. in consi. 224. incip. inter ordina-
7 & ¶ ait etiam Ange. in consi. 224. incip. inter ordina-
8 menta, & ex iusta causa dñs potest ab inuitis subditis exigere. Quam plura et Specul. in tit. de feudis. §. qm. col. antepen. uer. & nota. refert, ad quae homines subditi domino suo praestanda tenentur in signum sub-
9 uentionis, & pro subuentione domini, ac familie suae per quae potest inferri qd Comitui Hyppolito permis-
10 sit uidetur iniungere dictis hominibus Baeij omnia illa onera, de quibus conqueruntur. ¶ Praterea dicti homines Baeij, qui prius erant homines Ducis
11 Ferrariæ, quamuis non tenerentur, nec soliti essent p-
12 stare multa in eorum querela expressa, tamen illa tenentur praestare dicto Comiti Hyppolito immedia-
13 to, & cui dupliciter tenentur, & obligati sunt, primo ra-
14 tione homagij, & iuris immediati, item & ratione iurisdictionis particularis, quam immediatē habet in
15 dictis hominibus, tanquam in hominibus suis, ut in
16 authen. de quaestore. §. si uero forsan. colla. 6. Duci au-
17 tem Ferrariæ solum tenentur, & obligati sunt ratione
18 iurisdictionis generalis, & uniuersalis, quā hēt in to-
19 to suo ducatu. Et ¶ due rōnes plus debet operari, quā
20 una tantum, ut in auth. de consanguineis, & uterin.
21 fratribus. §. i. c. cum aterni. in fi. de re iudicata in 6. c.
22 1. 13. distinct. & speciale derogat generali, cap. 1. extra
23 de rescriptis. ¶ Ultimo ¶ subditi homines in multis sunt
24 domino suo obnoxij, nam contra eum non possunt
25 famosam actionem mouere, nec illum sine uenia,
26 eiusque licentia in ius uocare, nec possunt dominum
27 accusare, sed tenentur illum iuuare aduersus eius ini-
28 micos, argumento. l. si quis in graui. §. si cum omnes.
29 ff. ad l. yllan. ¶ exceptis quibusdam personis suis con-
30 iunctis, contra quas dominum adiuuare non tenen-
31 tur, quia nemo carnem suam odio habet. c. non esti-
32 memus. 14. q. 2. nec contra ecclesiam domino obedi-
33 re tenentur, nec debent uitam domini uitae suae pre-
34 ferre, ut habetur late per Speculatorem in tit. de feu-
35 dis. §. quoniam. in q. 17. sed ¶ ad seruitia, & onera pra-
36 standi, quae homines subditi domino praestare tenen-
37 tur, dominus potest illos inuitis propria auctoritate
38 cogere, ut uolunt Doct. in c. cum apostolus. de cen-
39 sibus. & Specul. in d. §. quoniam. uerfi. 18. & si domi-
40 nus per aliquem, seu aliquos turbaretur in sua quasi
41 possessione superioritatis, & impositionis onerum,
42 potest is contra illos agere possessorio ad tradita per
43 Speculatorem in titulo de cau. possessio. & propriet.
44 §. 1. uer. utrum dominus. cum uerficulo sequenti.
45 ¶ Verum, praemissis, & alijs pluribus, quae pro hac par-
46 te ad fauorem domini Comitatus considerari possent,
47 non aduersantibus, contrarium de iure est concludē-
48 dum, qd dicti homines, & commune dicti Castri Baeij
49 habent iustam causam aduersus dictum Comitem
50 Hyppolitum coram Excellentissimo Duce Ferrariæ
51 omnium superiore de praedictis supra in principio

positis conquerendi, illius officium im-
cogat dictum Comitem ad desistendum
tione dictorum grauaminum contra illi-
gia alijs ipsis concessa, & contra consue-
tis longissimi, de cuius initio non existit
14 contrarium, quae hēt uim tituli, & primi
prescrip. in 6. l. hoc iure. §. ductus. ff. de ac-
na, & æsti. cum alijs infra allegandis, re-
dicto d. Comiti iure exigendi, & imposi-
illa onera, & grauamina, qd dictus Dux in
dicto cōi, & hoibus exigere consueuerat
uerbis suae inuestiturae colligitur in uer. ad
tenendum & c. ibi & picipendi, & consue-
pmis, oēs, & singulos fructus, redditus, &
hactenus perceptos, & percipi consuetos
q de consuetudine ex ipsis locis & c. per
stringi uidentur illa, quae supra generaliter
prius concessa fuisse, ut intelligatur de
sucta erant percipi, & exerceri per ipsum
re, quo dictum Castrum Baeij immediatē
15 tione tenebat, nam ¶ in his cōcessionibus
& in his praestationibus a subditis domini
bendis, & faciēdis semper dēt attendi cōi
subditi ultra solitum, & consuetum gra-
quit Spec. in d. titu. de feu. §. quoniam. in q.
col. penul. uer. & nota. & in ult. col. in ult.
16 q in homagio non debet nouitas induci
exactionibus, & grauaminibus a domino
ponendis sit seruanda consuetudo loci, &
dicti Castri, et quod in dicta inuestitura non
suetudine dictum esset, est de mēte Bal. in
liter. uer. uidebimus. de capitol. corra. & c.
1. sub tit. de censibus. & maxime cum eo
nomine praefati Comitatus Hyppoliti appo-
tenuta dicti Castri Baeij, & iurisdictionis
hoies, & eorum noie procurator illorum
fuerunt, qd amittebāt, & recipiebant dicta
tē in dominum, & superiorē suum, dum
& officiales suos seruarentur ipsis hoibus
statuta, oēsq; consuetudines, prouisiones
iam diu ab excellentissimis ducibus illius
obseruata, & quibus omnibus dicti hoies
& patietibus praefatis Ducibus Ferrariæ
usi, & gauisi fuerunt, & latius prout in dictis
tionibus cōtinetur. Per quas protestationes
de uoluntate dictorum hominū, qd ipsi obno-
statuta, consuetudines, & capitula dictorum
stri debere a praefato comite illis seruati &
tiones dictos homines aduersus praefatum
super querelis propositis de iure releuare
late uolunt doctores canonistae in c. cum
& late per Bart. & alios in l. non solum. §. m-
nouu operis nuncia. non enim debet dictum
quoad praedicta esse melioris cōditionis, qd
Duces Ferrariæ, qui praefatos hoies in iustis
17 suetudinibus, & capitulis tollerauerunt, qd
causam ab aliquo, non potest uti maiore
buerit is, a quo causam habuit. l. qui in ius. §. d-
18 iur. Et ¶ si dominus ab hominibus, & subdi-
& non consueti seruitia, ac onera exigat, &
possunt ipsi hoies subditi recursu habere ad
rem domini, & coram eo aduersus domi-
lare, & eius officij implorare, ut domini
nē reprimat, & faciat, ut ab exactionibus, &
nibus iniustis, & non cōsuetis desistat, & qd
ipse dñs erga suos subditos nō est iudex, nec
ius dicere, sed ipse superior dñs, ut habetur
latores in d. §. qm. Aluaro. in c. 1. col. 3. apud
quos controuert. seu. Praepos. in plurius
22. cum ijs, quae dicit Specul. in titu. de fructu

verificetur. Bal. in c. 1. in vlti. col. de capit. qui cur.
vend. & Oldra. in consi. 334. Factum tale est. Quinim
mo si dominus semel fuit a suo superiores monitus,
ut desisteret ab huiusmodi illicitis, & non conuersis exa
ctionibus, & grauaminibus, & nō desistat, poterit seu
do per superiores priuari, quia non sunt tolleranda il
licita, & non conuere exactiones aduersus subditos,
ita signanter voluit Bald. in titu. de pace tenen. §. pu
blici in vlti. feudorum. & est optimus tex. in c. ad apo
stolica de septen. & re iudi. in 6. vers. prater hac. vbi
Papa Innocentius Quartus ob iniustas, & illicitas, &
non conuere exactiones subditorū Fridericum Im
peratorē regno Siciliae, & imperio priauit. & ibi Do
cto. Alberi. in l. bene a zenone. C. de quadrien. p̄scrip.
& facit id, quod notat Bal. in d. c. 1. §. publici. & text. in
2. §. ex actis. ff. de orig. iur. Nec t̄ dominus a querelis
subditorū excusabitur, nec releuabitur, q̄ illi indebi
ta, & nō cōstituta seruitia domino sine p̄dictione q̄n
que soluerunt, hoc enim nō excusat dominū, quo mi
nus cogi possit ad desistendū, ut supra, quia in dubio
nec seruitia p̄sumuntur ab hominibus metu reueren
tial p̄stita, & a domino extorta, ut inquit Bal. in tit. de
pace tenen. & illius uiola. §. pactiones. & optimē
inferuit, quod ait Ioannes Andreas in d. c. p̄senti
in tit. de offic. ordi. lib. 6. & in c. cum singula. de preben.
eo. libro. & per eum post glo. & alios in c. cum aposto
lus de censibus. & Præpositus in p̄ludis feudorum
in d. col. 2. quali in fi. Præterea t̄ non dicitur proprie
nerus dominus ille, qui non recte gubernat, & illici
tas exactiones facit. c. felus. 2. q. 1. c. non frustra. & c.
rex debet. 3. q. 5. & t̄ si dominus non impendit subdi
tis debitum officium, subditi non tenentur illi ad de
bitū seruitiū. Bal. in supra. p̄scriptione ff. forum. in vlti.
col. ¶ Rursum t̄ si dicti homines Castri Baesij cōsueti
fuerint in locis dicti Castri uenari, & aucupari libere
sine contradictione Ducis Ferrariæ, & alicuius perso
næ, & promolendo blada pro suo usu cōsueti fuerint
adire quecunq; molendina quarumcunq; persona
rum, nec nō uendere uuas, vinum, & alia similia sine
licentia alicuius, & præcipue Ducis Ferrariæ per tan
tū tēpus, de cuius initio non existit memoria in p̄senti,
debet haberi, perinde ac si speciale priuilegiū p̄dicta
faciendū haberet, & ideo nō possunt a do. Comite di
cti hominibus prohiberi, cū inde magna multitudo
hominū dicti Castri, & cōis cum suis familiis uiuant.
d. hoc iure. §. ductus. & ibi Bar. cū gl. ff. de aqua quo
tid. & t̄ c. cum ibi not. de p̄scrip. in 6. & Floria.
de sancto Petro in l. hac autem iura. ff. de seruit. urba.
p̄radio & t̄ hac consuetudo tanti temporis, de cuius
initio memoria in p̄senti nō existit, derogat iuribus
dominorum erga subditos et quoad regalia, q̄ domi
ni, & superiores a subditis habent, seu habere debe
rent, ut in c. super quibusdā. §. præterea. extra de verb.
signifi. ubi est glo. notabilis, quæ dicit, nota diligēter,
q̄ illa consuetudo, de cuius initio non existit memo
ria, seu legē, & priuilegium inducit. d. §. ductus. cū
aliis pluribus ibi allegatis. Ex quo t̄ inferitur, q̄ is, qui
seu tali consuetudine fundat, non tenetur aliter ti
tulum iusti probare, sed sufficit solum illū allegare.
d. c. 1. de p̄scrip. in 6. & glo. in d. §. præterea. Sed ul
tra q̄ dicti homines Baesij pro se habeant hanc cōsue
tudinē, de cuius initio memoria in p̄senti non extat,
habent et specialia, & particularia quedā priuilegia
ipsi a diuersis Ducibus Ferrariæ concessa, quæ usque
ad creationē dicti Comitiss Hyppoliti obseruata fue
runt, uidelicet q̄ dicti homines per loca montana di
cti Castri, exceptis quibusdā locis, possunt libere ad
eorū librum uenari, & aucupari, & q̄ nullus alius fo
rensis possit uenari, nec capere lepores, nec alia ani
malia syluestria in territorio dicti Castri. Item q̄ mas

sarij dicti cōis, & consules pro tempore debeant per
breuia, & ex p̄sente eligi, & postea massarij, & cōsules
pro tēpore habere facultatē creandi cāparios, & nū
cios publicos dicti cōis: & q̄ pro molendo blada ipso
rū hominum dicti cōis molēdina habere possint, itē
nemora, & pascua dicti territorij sint, & esse debeant
dicti cōis, & hominū, prout fuerunt per omnia tēpo
ra retroacta, ut in dictis eorū priuilegiis constat. Cō
cessum etiam fuit gratiose dicti hominibus Baesij, ut
illis liceat quascunq; res, & bestiamina, seu animalia
uendere, & emere absq; datio, & gabella, & q̄ de lo
co ad locum per totū ducatum, & districtū regij ire
possint cum suis mercibus emendo, & uendēdo sine
datio, & gabella. Omniaq; statuta, decreta, & consue
tudines dictorū hominum, & cōis Baesij fuerunt ab
illustrissimo Duce Ferrariæ confirmata, & confirma
ta, ut inter dictos homines seruari debeant. Et ideo
cū illa, quæ in querelis dictorū hominū, ut supra, fue
runt proposita, & expressa, sint, & tēdant p̄ priuilegia,
& consuetudines præfatorum hominum, & cōis, se
quitur, q̄ dicto Comiti Hyppolito per Illustrissimū
do. Herculem Ducem modernum est iniungendū,
ut a dictis grauaminibus dicto cōi, & hominibus im
ponendis abstinere debeat per p̄dicta, non obstante
inuestitura uerbis generalibus, & prægnantibus ipsi
26 Comiti Hyppolito concessa, qm̄ t̄ uerba generalia ex
pressa in priuilegiis, & cōcessionibus alicui factis nū
quam debent extendi, nec ita intelligi, ut per illa tol
lantur ea, quæ consueuerunt, ad præiudiciū tertii,
seu alterius personæ, quia semper debet inspicī con
suetudo, argumento l. si publicanus. in fi. ff. de publi
ca. & Andr. de lser. in c. 1. in 2. addi. vers. vectigalia.
27 quæ sint regalia. ubi t̄ idē lser. inquit etiā, q̄ dominus, q̄
subditis uectigalia, & grauamina iniusta, ac indebita
imponit, mortaliter peccat, ueluti hodiernis tēpori
bus domini, & principes faciūt, qui ita excoriant præ
sertim rusticos subditos, ut uix spiritū illis dimittant.
glo. in l. ager. §. 1. ff. de verb. sign. & Alberi. in l. 1. ff. de
iurisd. omnium iudi. t̄ Papa tamen non peccaret subdi
tis noua onera iniungendo, quia ipse liberā habet
potestatem. glo. in c. ult. 2. q. 1. quā sine causā potest
exercere. c. proposuit. cum gl. de conce. præben. sed
illa potestate uti non debet, clauē errante, ut inquit
ibi lser. col. 2. Præterea t̄ dominus, qm̄ habet, unde
possit facere sumptus pro se in uestibus, & superfluis
adificiis, nō potest subditos grauare, qm̄ prius de suo
expensas facere debet, ut dicitur de patre, & filio. in
l. si quis a liberis. §. non tantum. cum ibi not. ff. de li
ber. agnoscen. & t̄ si dominus subditos iniuste, & p̄ cō
suetudinē grauaret, posset ad superiorē recurri ad tra
dita p̄ lser. in d. c. 1. vers. extraordinaria. & c. alius. 15.
q. 2. etiam ad illum appellando ad effectū, ut subditi
aduersus dominū conseruentur in sua antiqua cōsue
tudinē, & libertate uenandi, aucupandi, & ligna inci
dendi, & pascendi in locis consuetis, nā uenari, & au
cupari est permissum de iure gentium. §. planē. Insti
tu. de rerum diuis. l. 1. 2. & 3. cum sequen. ff. de acquir.
rerum dom. & ideo t̄ impedire uenationē est iniuriā
inferre. Hosti. & do. Ant. in c. non est. de decimis. De
ci. in consi. 197. Grammati. in decis. 67. & l. 2. §. si quis
in mari. ff. nequid in loco pub. cum aliis ibi allegatis,
et facit id, qd̄ inquit ibi do. Præpositus in d. c. 1. col. pen.
in princ. quæ sint regalia. ¶ His sic pro hominibus, et
cōi Baesij peroratis, et ad eorū fauorē discussis, supe
rest respondendum allegatis supra in p̄senti. Et in pri
mis non obstat, q̄ cum Comes Hyppolitus de dicto
Castro Baesij, eiusq; territorio fuerit inuestitus iure
feudi ad usum regni, illi censeantur in dicto Castro,
et contra eius homines concessa iura omnia regalia
generaliter, et absolute, quæ ipse dominus concedes
habe

- 32 habebat, quia respondetur, qd illa uerba iure fendi ad usum regni aliam habent significationem, uidelicet qd feudū dicti Castri concessum do. Hyppolito. dicatur esse feudū dignitatis, hoc est Comitatus, & tanquam feudū talis dignitatis sit regulādū, ut in c. 1. de feudo marchie, & Comitatus. cum ibi nota. non aut ex huiusmodi concessione feudi dicatur omnia regalia translata: sed si aliam dictorum uerborum significationem assumamus, ut per ea censeatur iura regalia in dictū Comitē translata, tunc dico, & respondeo nō omnia regalia simpliciter fuisse translata, sed ea, quae secundū antiquā consuetudinē, & priuilegiū concessione hominibus, & cōi Baesij consuetū erat imponi, qm ipsi Comiti est concessa potestas iura exercendi, & onera imponendi, ut consuetum erat, ueluti ex uerbis inuestituræ inferitur: sed onera, & grauamina, quae dictus Comes imponit, & non agnoscit, & non agnoscit in se, ff. de reb. eorum. & Alex. in consuetudine, circa finem penult. colum. & in consuetudine, §. 1. Abb. in c. cum dilecta. de consuetudine. uti.
- 33 ¶ Non refragatur, qd dicto Comiti concessa regalia in genere, & specialiter multa, quae galibus, quae ante concessionem, & inuenerunt. Duci concedendi pleno iure competebat, si Comiti censeatur data potestas omnia illi homines exercendi, ut ex uerbis inuestituræ potest, nam ex praedictis colligitur respectu in Comitē non sunt translata illa, per quos turbati dicerentur circa ea, quae ipsius maxima consuetudine competunt, ut late innotuit, quoad haec enim regalia debet considerari. si uenditor. §. si constat. ff. de communia. d. l. hoc iure. §. ductus. ff. de aqua quod dicitur. d. c. super quibusdam. §. praeterea. cum ibi de uerborum signifi. Praepositus in c. 1. col. 1. rega. & ibi columna penultima, & Specul. q. 22. Rursus Dux ipse ante inuestituram mitti quoad ea, quae dicti homines tum ex maxima consuetudine, tum ex antiquis priuilegiis illos non turbabat, nec molestabat, ergo Comes, cui fuerunt concessa illa, quae Dux & exercebat, hoc facere poterit. Praeterea, si uel dominus ex aliqua causa habebat, re, & subditos ad illud faciendum cogere mercedē solueret, suisq; sumptibus faceret, habentur per Andream de Herma, & Praepositum. col. 5. quae sint regal. & ibi in praedictis colum. 22. ¶ Non obstat, qd subditi in multis non subuenire tenentur, ut habetur per Specul. in d. §. quoniam. q. 17. Bal. in c. conuenientia. ordin. & in l. neminem. C. de sacros. eccles. d. consuetudine. 224. Quia dicas, haec uera esse, nisi illi ex antiquissima consuetudine ab istis libentibus, uel essent priuilegiati, arg. c. de decet. de reg. in 6. iunctis praemis. Praeterea praedicta non in hominibus ligiis, ut per Speculatorem in l. 1. nam. homines aut Baesij non sunt ligi, sed ne quorum consensu dominus non potest ea sueta imponere, sicut episcopus non potest tantum subsidium clericis sine consensu capituli iniungere, ut uult Ioannes Andreas in c. stolus. extra de censibus. & Praepositus in c. feudorum col. 22. ¶ Ceteris omnibus superius Comitis allegatis patet responsum, propter quod & maxime ratione consuetudinis, propter quod minime se excusare possunt, nā quoad inuestitiones consuetudo praeter ceteris est attendenda. in dicto §. quoniam. quaestione 17. ad praedixi. Praeterea si dominus uellet homines ultra solita, & consuetū grauare, ipsi potest

praefato Duci competebant, non autem mitti contra dictos homines dicitur data potestas, & grauamina illis imponendi contra legia, ac etiam, qd ipse ualeat derogare, ex consuetudine antiquissima iam dictis, & communi fuerant acquisita per reuera exceptio facta per Illustrissimum. illa fuit quoad ea, quae ipsi Illustrissimis petebant, non autem quoad ea, quae antea dictis hominibus competeant ex antiqua consuetudine, & ex eorum priuilegiis antiquis, quod firmat quidem regulam in non exceptio minus. 32. q. 7. cum similibus, sed illam nec extendit ad casus sub regula non commutatio est tex. in l. generali. §. uxori. ff. de uisitatione. Bar. in l. Lucius. §. pluribus. ff. ad trebellianis enim natura est restringere, & non augere in se, ff. de reb. eorum. & Alex. in consuetudine, circa finem penult. colum. & in consuetudine, §. 1. Abb. in c. cum dilecta. de consuetudine. uti.

37 ¶ Non refragatur, qd dicto Comiti concessa regalia in genere, & specialiter multa, quae galibus, quae ante concessionem, & inuenerunt. Duci concedendi pleno iure competebat, si Comiti censeatur data potestas omnia illi homines exercendi, ut ex uerbis inuestituræ potest, nam ex praedictis colligitur respectu in Comitē non sunt translata illa, per quos turbati dicerentur circa ea, quae ipsius maxima consuetudine competunt, ut late innotuit, quoad haec enim regalia debet considerari. si uenditor. §. si constat. ff. de communia. d. l. hoc iure. §. ductus. ff. de aqua quod dicitur. d. c. super quibusdam. §. praeterea. cum ibi de uerborum signifi. Praepositus in c. 1. col. 1. rega. & ibi columna penultima, & Specul. q. 22. Rursus Dux ipse ante inuestituram mitti quoad ea, quae dicti homines tum ex maxima consuetudine, tum ex antiquis priuilegiis illos non turbabat, nec molestabat, ergo Comes, cui fuerunt concessa illa, quae Dux & exercebat, hoc facere poterit. Praeterea, si uel dominus ex aliqua causa habebat, re, & subditos ad illud faciendum cogere mercedē solueret, suisq; sumptibus faceret, habentur per Andream de Herma, & Praepositum. col. 5. quae sint regal. & ibi in praedictis colum. 22. ¶ Non obstat, qd subditi in multis non subuenire tenentur, ut habetur per Specul. in d. §. quoniam. q. 17. Bal. in c. conuenientia. ordin. & in l. neminem. C. de sacros. eccles. d. consuetudine. 224. Quia dicas, haec uera esse, nisi illi ex antiquissima consuetudine ab istis libentibus, uel essent priuilegiati, arg. c. de decet. de reg. in 6. iunctis praemis. Praeterea praedicta non in hominibus ligiis, ut per Speculatorem in l. 1. nam. homines aut Baesij non sunt ligi, sed ne quorum consensu dominus non potest ea sueta imponere, sicut episcopus non potest tantum subsidium clericis sine consensu capituli iniungere, ut uult Ioannes Andreas in c. stolus. extra de censibus. & Praepositus in c. feudorum col. 22. ¶ Ceteris omnibus superius Comitis allegatis patet responsum, propter quod & maxime ratione consuetudinis, propter quod minime se excusare possunt, nā quoad inuestitiones consuetudo praeter ceteris est attendenda. in dicto §. quoniam. quaestione 17. ad praedixi. Praeterea si dominus uellet homines ultra solita, & consuetū grauare, ipsi potest

radicere, & ad superiorem domini sui recurrere, Specul. in d. 3. qm. col. penul. vers. sed & si dominus. cum aliis pluribus supra deductis. non enim debet nouitas induci in homagio, nec in subiectione, ut ibi per Specul. col. penul. vers. & nota. & col. fi. vlti. vers. & la. per do. Andr. & Praposi. in locis supra sapienter allegatis. Hæc sunt, quæ ad fauorem hominum Bacisj cõtra dominum Comitum Hyppolitum consideravi, & de iure magis esse existimaui. Laus Deo.

S V M M A E.

Ordinarius rei conuenti, & non dominus, nec pares curia cognoscunt de causa, in qua fiscus contra aliquem agit pro rebus, quas asserit esse feudales, & reus illas esse feudales negat. Nec reus coram predictis citatus teneretur comparere suum privilegium allegaturus.

Et quando potest curia, vel dominus cognoscant. Et cognitio illa coram ordinario rei conuenti, an res sit feudalis, necne, quid esse debeat.

Et quæ probatio, quod res sit feudalis, coram ordinario requiratur. Summaria cognitio respicit modum procedendi, non autem modum probandi.

Nec plenam probationem excludit, immò includit. Ecclesia, vel clericus possidens castra, aut alia bona temporalia in territorio imperatoris, seu alterius Principis in dubio illa in re propria, & allodiali, non autem iure feudi tenere presumuntur. Nisi expresse, & plenè inuestitura, & ius feudi probetur. Nec in hoc casu minus testis cum iuramento, nec alia præsumptiua probatio sufficeret.

Concessio rei facta ecclesie per verba damus, & concedimus, & maxime pro salute animæ concedentis facta pleno iure, & non iure feudi censetur.

Circa clericum dominum feudi secularis nõ potest de crimine directè, nec indirectè, & in consequentiam civiliter ad feudi amissionem procedendo cognoscere. Sed superior ecclesiasticus cognoscit.

Et lata sententia per ecclesiasticum, ad quem tunc sit appellandum, non. 13.

Cap. 1. in fin. de capit. corra. declaratur.

Causa feudi tenet a clerico quando ad dominum feudi per appellationem deuoluatur, & quando ad superiorem ecclesiasticum.

Regnum bona esse feudalia cadit a feudo, & quando.

Regalia principum exercere in bonis sitis in suo territorio non arguit illa esse feudalia.

Dominus feudi, seu pares curia possunt in causâ feudali allegari iudicari.

E P I T O M E.

Causa, in qua agitur, an res sit feudalis, necne, coram quo, & quomodo sit cognoscenda, & quæ probatio, quod res sit feudalis, requiratur, hic habetur.

CONSILIVM LXXXII.

MORIS pro parte fisci contra Illustrissimum, & Reuerendissimum Cardinalem de Monte factis, si a veritate non recedamus, facile responderi potest. Nam pro responsione præsuppono, quod uerâ, & cõmunẽ sententiã scribentium esse, quod quoniam coram paribus curiæ procurator fisci aliquem agit pro rebus, quas asserit esse feudales, & reus negat illas esse feudales, tunc causa non est coram principe, seu paribus curiæ cognoscenda, sed coram ordinario ipsius cõnenti, tunc per regulam, quod actor sequitur sortu rei. c. cum sit generale. de foro compet. tunc quia non potest quis esse iudex in causâ sua, ut uolunt scriben. in c. ceterum. de iudi. ubi Abb. 10. And. Inno. Hostien. Barbat. & Henricus Boich. & in c. 2. col. 2. de feudis. & hæc opinio est ferè ab omnibus recepta, ne contingat quem esse iudicem in causâ propria. C. ut nemo in cau. sua iudi. Bald. in c. 1. §. præterea si inter. & ibi feudistæ. de pro hib. seu. alien. per Feder. idemq; affirmat Felin. in d. c. ceterum. col. 5. vers. 12. fallit. Et

2 hoc in casu reus citatus non teneretur cõparere et allegaturus causam, quare nõ debeat cõparere, quia in hoc casu non uendicat sibi loci dispositio l. si quis ex aliena. ff. de iudi. & l. 2. ff. si quis in ius uoca. nõ ier. quia dominus iurisdictione ex priuilegio, & iure speciali habere censetur. glo. & Bal. in c. 1. de inuest. in mari. fac. Barba. & alij in d. c. ceterum. Nec refragatur id, quod uoluit Felin. in loco præallegato, in eadem col. vers. tertio declara. quia aliud est, quod superior dicat re ad se iure feudi spectare, & reus neget illa esse feudalem, sed propriam esse dicat, & tunc prius dicta procedant, & aliud, quod non negetur re esse feudalem, sed alia uertatur quæstio super feudo, ut quod sit deuolutum, uel non deuolutum, uel quod facta sit, uel quod non sit facta inuestitura, uel quod sit facta simpliciter, uel certo modo, & tunc dominus, uel pares curia cognoscant. d. c. 1. §. præterea si inter. ibiq; glo. & Bal. & Perusi. in

3 c. Romana. §. debet. de appella. in 6. nam quoniam esset lis inter duos super inuestitura, quia unus negaret inuestitura esse factam, & alter illa esse factam affirmaret, tunc procedat id, quod uoluit Felin. in d. c. ceterum. col. 5. vers. tertio declara. quod super hac quæstione erit habenda coram ordinario summaria cognitio, & si summarium constabit de inuestitura, cognitio ad dominum feudi remittetur, & hoc modo loquitur Bald. in d. c. imperialem. §. præterea si inter. quæ Felin. ibi allegat. & clarius Ang. quæ similiter Felin. ibi allegat, in l. 1. in fi. C. si a non comper. iudi. qui inquit, quod si coram domino feudi pro re feudali agatur, & reus neget re esse feudalem, non erit coram domino procedendum, nisi prius coram iudice ordinario, & non coram domino cognoscatur, & probetur, quod res fuerit feudalis. Apparet igitur Felinum uoluisse contrarium eius, quod in motiis præsupponitur, hoc est, quod dominus feudi non potest cognoscere, sed ordinarius, quia doctores ab eo allegati hoc expresse uolunt. Ex quibus inferitur uerum non esse, quod non sit curandū de negatione a clerico proposita, quod res non sit feudalis, cõsisto summarie, quod sit feudalis, quia & si posset dici sufficere summariam cognitionem, tamẽ illa cognitio fieri debet coram ordinario, & non coram domino feudi, ut habetur per Ange. in d. l. 1. & est de mente Felini expresse in d. c. ceterum. remittendo se ad not. per Ange. & Bald. qui hoc uolunt, & est et de mente Innocentij in d. c. ceterum. quæ Ang. allegat. Ergo in casu occurrenti prius omnino cognoscendū est coram ordinario, an res sit feudalis, & nõ coram domino feudi, uel paribus curiæ.

4 Qualiter autem huiusmodi probatio, quod res sit feudalis, coram ordinario sit faciendâ, aliud est dubium: & licet præsupponatur sufficere probationẽ præsumptiuâ, nec plenâ requiri per id, quod uoluit Felin. in d. c. ceterum. post Bald. in d. §. præterea si inter. tamen Felin. & Bald. hoc non dicunt, sed solum, quod sufficit huiusmodi cognitionem coram ordinario faciendâ esse summaria, ut et inquit Bald. in d. §. præterea. quæ cognitio summaria respicit modum procedendi, non autem modum probandi, ut colligitur ex uerbis Bart. in l. momentanæ. C. unde ui. & in extrauagan. ad reprimen. per totum. & ex tex. in clemen. sapie. de verb. sign. Præterea & summaria cognitio non excludit plenam probationem, immò potius illa includit Bart. in l. 1. c. quorum bonorum. Rursus uidetur, quod si in hoc casu standū est præsumptionibus, potius præsumptio erit pro ecclesia, quod bona ab illa possessa, & in quibus ecclesia præcipue per tantum tẽpus de cuius initio non existit memoria in contrarium, solita fuit iurisdictionem contentiosam exercere tam in cognoscendo de causis appellationum, quàm in illis statuendo, & homines subditos multando, sint ipsius ecclesiæ, & ad eam pleno, & allodiali iure pertineant, ut uoluit lo.

Andreas